



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 48. Synodus Coloniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.
A. C. 1280.

§. XLVIII.

Synodus Coloniensis.

to. II. conc.
p. 1107.

p. 1109. E.

p. 1114. A.

p. 1111. C.

p. 117. n. 8

118. n. 20.

Sifridus Westerburgius Archiepiscopus
Coloniensis suam synodum provin-
ciali a longo tempore interruptam
etiam anno habens ibi decreta promul-
gavit, in quibus hæc singularia memo-
tu digna invenio. Etiamnum crede-
tur licere in certis casibus plura eodem
die sacra facere, præsertim pro mortuis
Baptismus fiebat immergendo aquis
Confirmatio non dabatur cum bap-
tismate, sed septem aut plures annos natis
SS. Evcharistiam ad ægros portatam co-
mittantibus decem dierum indulgentiam
conceditur. Prohibetur, ne foemina
confessio in templo sine testibus audi-
tur. Ne arcani Iudices sacrificia im-
peragant, pro quibus stipendia impera-
rint poenitentibus; nec pactiones faciant,
ut eos alter ad alterum cum stipendii
mittant. Omnes Parocho suo saltem se-
mel quolibet anno suas noxas confite-
buntur; nec sine permisso ejus alii cui-
quam, etiam si Religiosus sit, confite-
poterunt. Conjugia clandestina strictè
interdicuntur: & tali testes in causa ma-
trimonii supra scalas patibuli exponuntur.
Sontes ad immunitatem ecclesiasticam
profugi asservabuntur sedulo, ut exami-
nentur

nentur vel daturi poenas, vel dimittendi pro ratione facinoris. Executores testamentorum rationem reddent coram viris ab Archiepiscopo in quovis archidiaconatu constitutis. Interdicta ecclesiastica accurate observabuntur. Hierosolymitani Equites Hospitalarii S. Joannis non abutentur suis privilegiis.

Sæcul. XIII.
A. C. 1280.
1120. n. 13.
1122. n. 17.
n. 18.

§. XLIX.

Alberti Magni obitus.

Archiepiscopus Sifridus hoc ipso anno interfuit exequiis Alberti Magni hujus celeberrimi Doctoris ex Ordine Prædicatorum. Is, postquam episcopatum Ratisbonensem annuente Papa Urbano IV abdicaverat, Coloniam profectus in cellula sua u. Religiosus privatus sua exercitia ordinaria, inter alia lectiones publicas resumpsit. Anno 1274 a Papa Gregorio X ad concilium Lugdunense accitus, ibi Rudolphi Romanorum Regis rationibus consuluit. Cum Coloniam rediisset, quodam die publicæ lectioni suæ vacantem memoria derepente destituit. Quod tanquam instantis mortis suæ signum accipiens, SS. Virginem id plurimos abhinc annos sibi prædixisse asseruit. Ergo discipulis suis valere jussis, omnem curam in sola sui præparatione ad mortem defixit, quotidie pro se ipso officium

Sup. l. 84.
§. 64.
Vita to. I.
oper. 63 op.
Bzov. 1280.
n. 8. 9.

H 2 vita